

plebanus <tenebunt>; ad aliam vero cistam sive capsulam in sancto Blasio ponendam similiter due
claves erunt, quarum clavium unam domini de capitulo sancti Blasii et alteram clavium iterum do-
50 minus Conradus Holman nomine apostolice sedis tenebunt. Et dummodo eius visum fuerit, cistam
aperiant et oblata eis numeratis conservabunt taliter, quod post lapsum unius vel duorum mensium
procedente tempore apertis cistis huiusmodi pecuniam oblatam in duas partes dividant. Quarum al-
teram partem dumtaxat ex cista in sancto Blasio ponendam prenominati dominus dux Hinricus, ca-
pitulum sancti Blasii et dominus Conradus Holman, prepositus Goslariensis, ad pios usus et causas ac
55 relevamen pauperum, prout eis videbitur, unanimiter convertant et largiantur. Residuam vero me-
dietetatem dictarum pecuniarum apud dominum Conradum Holman tamquam depositarium sedis apo-
stolice in suo posse remanere vult dominus legatus antedictus. Simili modo vult distribui pecuniam
in ecclesia sancti Martini ad cistam ponendam hoc modo scilicet, quod iuxta mentem prefatorum
ducis, consulatus antique civitatis Brunswicensis et d. Conradi Holman plebani ibidem illa pecunia
60 ad pios usus et causas ac relevamen pauperum pro eius medietate distribuatur et alia medietas ad
mandatum sancte sedis apostolice apud et penes eundem dominum Conradum Holman deposita in
solo suo posse remaneat custodienda etc.

Item voluit prefatus dominus cardinalis et legatus, si aeris intemperies, personarum qualitas et fa-
cultas eorundem id exegerint, que memorato domino Conrado preposito Goslariensi ad plenum
65 commisit disponenda, quod tunc auctoritate sedis apostolice moderari valeat et possit medietatem
expensarum, que ad cistam offerri debet, prout conveniencius sibi visum fuerit expedire.

In quorum omnium fidem et evidens testimonium premissorum prefatus reverendissimus d. cardi-
nalis legatus huiusmodi litteras exinde fieri et per secretarium suum signari voluit atque appensio-
nem sui proprii sigilli communiri. Datum et actum ante castrum Wulfebutle usw.²⁾

¹⁾ Als Wochentag ist Mittwoch angegeben, als Monatsdatum der 6. Juli; doch fiel der 6. Juli 1451 auf einen Dienstag.

²⁾ In Übereinstimmung damit heißt es in der Chronica S. Aegidii zu Braunschweig: *NvK* . . . veniens ad castrum Wulfenbüttel ad instantiam Heinrici ducis . . . indulgentias iubilaei Brunswig concessit; *Pistorius, Illustrium veterum scriptorum Tomus unus 750*; danach: *Leibniz, Scriptores III 596*; *Pistorius-Struvius, Rerum Germanicarum Scriptores I 1110* (s.o. Nr. 1458). *Erw.: Rehtmeyer, Antiquitates, Zweyter Teil 276* (nach *Pistorius*); *Koch, Umwelt 125*.

zu 1451 <Juli 6 / 7>, Wolfenbüttel.¹⁾

Nr. 1460

Nachricht in der Chronica S. Aegidii zu Braunschweig²⁾, daß NvK allen Einwohnern von Braunschweig einen Ablass von 100 Tagen gewährt habe, wenn sie am Freitag zur elften Stunde beim Erklingen der maior campana von St. Martini in Erinnerung an den Tod Christi drei Vaterunser beten.

Druck: Pistorius, Illustrium veterum scriptorum Tomus unus 750; danach: Leibniz, Scriptores III 596; Pistorius-Struvius, Rerum Germanicarum Scriptores I 1110f.

Erw.: Rehtmeyer, Antiquitates, Zweyter Teil 276 (nach *Pistorius*); *Dürre, Geschichte der Stadt Braunschweig 228*; *Vansteenberghe 97*; *Koch, Umwelt 126*; *Piekarek, Braunschweiger Ablassbriefe 105*; *Zimmermann, Chronicon Riddagshusense 54*; *Schwarz, Regesten 445 Nr. 1777* (der "Archiv"-Beleg ebendort gehört aber zu Nr. 1776).

¹⁾ Das Datum nach Nr. 1459.

²⁾ S.o. Nr. 1458.